Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift

facinus res huiusmodi quas ego audio.
res pessimas ab omni ppl̄o. Nolite filii
mei. Non enim est bona fama quam au
dio. ut transgredi faciatis ppl̄m dn̄i.
Si peccauerit uir in uirum placari ei
potest ds. si autem peccauerit in dm̄ uir.
quis orabit pro eo. Et ñ audierunt uo
cem patris sui. quia uoluit ds occidere
eos. Puer autem samuel proficiebat atq;
crescebat. et placebat tam deo quam ho
minibus. HELI Senio oppressus. Filiis
quia uetus sacerdotium et temporis
diuturnitate. et sui infecunditate ad
occasum trahit. Qd enim antiquat et
senescit. prope interitum est. Audit ex
legis scientia. quanta sit filiorum suorum
insipientia. audit quomodo cum mulie
ribus dormiant. q̄ ad ostium tabernaculi
obseruant. Mulieres istę. sunt legis
litere. ppl̄o iudaico commiscentes. cum
quibus sacerdotes quasi dormiebant.
cum casi carnalis intelligentiae commu
tione prostituebant. Que nimirum mu
lieres ad ostium tabernaculi obseruant.
quia filium dei q̄ est ostium sancte ecclesie. sicut
ipse dicit. ego sum ostium. insuis mysteri
is expectant. Heli filios obiurgat.
diu uetus sacerdotium. p parte fidelium.
pfidia ppli iudaici redempnat. Si
peccauerit inquit uir in uirum pla
cari ei potest ds. si autem in dm̄ peccauerit
uir. quis orabit pro eo. Vir in uirum
peccat. diu ppls iudaice in ppl̄m gen
tium impietate ppetrat. quem p dei et
sui ignorantia aspernando diuudicat.
Sup hoc ds placari potest. qui de la
pidibus abrahe filios facere potest.
Vir in dm̄ peccat. cum ppls iudaice in
filium dei malicia ppetrat. cum eum sine
causa morti redempnat. Quis q̄ p
peccatore ppl̄o intercedere ualeat. nisi
illo in quem peccatum commissum est filii dei.
p gram spiritus sancti. redemptione sanguinis
sui peccatori indulgeat. Istud peccatum
uetus sacerdotium declamat. qd mortem xpi
uetus lex ubiq; pnuntiat. Filii heli ñ
audiunt uocem patris sui. qd preceptores
ppli iudaici. ñ audiunt consilium preceptorum
sui moysi. Ipheta inquit uobis suscita
bit ds de fratribus uestris. tanquam me ipsum au
dietis. Vult eos dnis occidere. quos uidet
in filium suum nolle credere. Puer samuel
proficit et crescit. qd xpe crate carnis. et
sapientie suę manifestatione excrescit.
Placet tam deo quam hominibus. qd diligitur
a patre xpe. diligit ab hominibus. suis
fidelibus. SEQUITUR.
Venit autem uir dei ad heli. et ait ad eum.
Hec dicit dnus. Nunquid ñ aperte reuelatus
sum domui patris tui. cum esset in egyp
to. in domo pharaonis. et elegi eum ex om
nibus tribubus israel in ut sacerdotem. ut ascen
deret ad altare meum. et adoleret in in
censum. et portaret ephod coram me. et de
di domui patris tui omnia de sacrificiis
filiorum israel. Quare calce abiecistis uictimam
meam. et munera mea que precepi ut offer
rentur in templo. et magis honorasti filios
tuos quam me. ut comedentes primitias omnis
sacrificii ppli mei israel. Propterea ait dns ds
israel. Loquens locutus sum. ut domus tua
et domus patris tui ministraret in espectu
meo usq; in sempiternum. Hec autem dicit dns.
absit hoc a me. sed quicumq; glorificauerit
me glificabo eum. qui autem contemnunt
me erunt ignobiles. Vir dei qui ad heli loq
tur. est ordo ppheticus. q̄ ad ppl̄m iudai
cum mittitur. Dicit uir dei. hec dicit dnus. qd
quicqd clamat ordo ppheticus. hoc dictat
spiritus sanctus. Abrahe tuo genitori. fidei me